



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Poppo Conf. 25. Ianuarij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

per omnes provincias circumferens to-  
gentibus accendit, ut rem mihi attentius  
consideranti unus quidem hodie ceci-  
disse PAULUS, ceterum surrexisset  
cum PAULO totus orbis videatur. *Ex*  
*Act. Apost.*

*Sicut modò nemo est, qui reconciliari non*  
*possit, ita post paululum nemo, qui possit*  
*Noli ergo contemnere Dei misericordiam*  
*si non sentire vis justitiam. S. Bernardus*  
*serm. 1. in Epiph. Dom.*

## S. POPPO CONF. 25. Ianuarij

**V**idetur POPPO ad gloriam paternam  
bellicasque laudes ab ipso matris te-  
tero properasse. Etenim jam tunc late-  
re respuens septimo statim mense in lu-  
cem, mox ubi per ætatem licuit, ad bel-  
lum prodiit. Pietatem tamen comitem  
secum traxit, & subinde ad vestigia  
Christi Ierosolymam, alias Romam  
ad Principum Apostolorum limina in-  
vifit. Redux, dum nuptias easque illu-  
stres cogitat, jamque ad has equo pro-  
perat, caelesti luce se animumque atque  
adeò hastam etiam suam fulgere ani-  
madvertit. Inde omen auspiciumque  
melioris militiæ capit, & sacramentum  
apud monachos dicit. Inter tyrocini  
tempora cum fletu alios inundari, ipse  
pumex, videret; saxo è pectore fon-  
tem oculis statuit petere, quod factum  
postea

25. Ian. VITÆ SANCTORUM. 65  
postea tam abundè, ut payimenta, &  
vestes sacrificantis fletu maderent, in-  
terque cœnulam plus videretur lacry-  
marum quàm aquæ bibere. Magnatibus  
etiam familiaris pacem inter Conradum  
Imp. & Henricum Regem sanxit. Vene-  
num non semel ennoxius bibit, illis  
morientibus, qui miscuerant. Pastorem  
à lupolaniatum vitæ, & gregi reddidit:  
dæmonem ludicrâ alapâ fugavit. Mori-  
tur denique cilicio incumbens, terram-  
que matrem prono pectore deosculans.  
Mortuum sex dies odor mirissimus  
laudavit suavissimusque; tumularunt  
inter homines visi Angeli, sepulchrum  
verò ingentia miracula ornavit. Ex  
Suario.

*Ornari abs te Diabolus querit, si Cali-  
cem aureum invenisse sin terra, donares  
illum Ecclesiæ Dei: accepisti à Deo inge-  
nium spiritualiter aureum, & ministras  
inde libidinibus, & in illo Sathanae pro-  
pinas teipsum. S. Aug. Ep. 41.*

B. HENRICUS SUSO C. 25. Ian.

**H**ENRICUS Suso Constantiæ in Do-  
minici familiam adlectus simulque  
à JESU in adyta amoris inductus, J E-  
S U nomen pectori inculpsit ingeniosus  
calator. Digitales erant literæ, quæ-  
que ad cordis motum, & ipsæ move-  
bantur, ut cum hoc dudum conspirasse  
E idem